



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Iacobi Philippi Tomasini Sancti Georgij ab Alga Venetiarum Canonici Secularis De Donariis ac Tabellis Votivis Liber Singularis**

**Tomasini, Giacomo Filippo**

**Vtini, 1639**

XL. Vota Scelerata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13253**

inuentum Carm. xxvi i. qui puellam finxit Annales Volufij Tardipedi Deo iocosè vouisse.

Quid verò magis ridiculum, quàm Ignauos etiam patrocini-um quæsiuiffe à Murcia pigritiæ Dea, quæ à Murcis, idest truncatis pollicibus bello ineptis nomen accepit? Erat autem Vallis Murcia Romæ, ubi forsitan Ignauis, & desidiofis sua dona offerebant. Fuit etiam Murcia secundum aliquos, Dea amoris, nec ineptè; nam ignaui & marcidi, dum à Musis longè sunt, spurcitijs & libidinibus vacant.

## CAPVT XL.

## VOTA SCELERATA.

**T** Vrpi demum exemplo sacris adhibita ingenij licentia in scelus conuersa etiam criminis immunitatem ac tutelam apud Deos quæsiuit. Nam & Fures LAVERNÆ Deæ sua Vota fiebant, ut instituta sua furandi ac mentiendi fortunaret. Plaut. Cornicul.

*Mibi Lauerna in furtis celebrastis manus.*

Et Horatius:

*Pulcra Lauerna da mihi fallere.*

Acron & Porphyrius in Horatium Lib. i. Epist. xvi i. & Nonius Marcellus in voce Lauerna, Festusq; Pōpeius hic aduerti. Erat autem Deæ imago caput sine reliquo corpore. Huius Deæ lucus erat Romæ obscurus & abditus, ubi Fures prædam diuidebant. Nec leuiori probitatis iniuria etiam Ara Fraudi ibidem erecta. De qua nolo plura, cum nefas sit crimen religione obuelasse.

## CAPVT XLI.

## DONARIA MVLTATITIA.

**I**ndignitatis certè huius mentionem intermissem, nisi vigilantia magistratus detecta eiusmodi morum turpitudose-